





10

1793, 1.

PROGRAMMA

DE

FINIBVS EVICTIONIS

INTER PETITOREM

ET

BONAE FIDEI POSSESSOREM, FRUCTVVM
AB HOC PERCEPTORVM CAUSA,
CONSTITVENDIS;

NEC NON

DE MODIS DIVIDENDORVM FRUCTVVM VLTIMI
ANNI FEVDALIVM.

AVCTORE

CHRISTIANO GVL. WEHRN,

ANTEC.

ERFORDIAE,

Typ. IO. CHRIST. GOERLING, ACAD. TYPOGR.

MDCCXCIII.

2
1793,



PROGNAVA

DE

LIBRIS EVANGELIIS

INTRA BETHLEEM

ET

CONSTITUTIONIBUS SACRATISSIMIS

AB HOC SACRATORUM SACRA

CONSTITUTIONIBUS

THE HOC

DE MODIS DIVIDENDORUM LIBRORUM

ANNO REVDALIAE

AVGUSTO

CONSTITUTIONIBUS SACRATISSIMIS

AVGUSTO

RECORDARE

THE IS CHALET GOERING

INDICARE



§. I.

Quid iustum sit circa fructus a. b. f. possessore perceptos, id iure Romano non est extra dubitationis aleam positum.

An, quando et quousque b. f. possessor fructus e rebus, quas possidet, alienis adquirat? hae quaestiones iure Romano multis dubiis sunt inuolutae ¹⁾. Fundamentum enim legale iuris percipiendi fructus, habita b. f. possessoris ratione, nunc *culturae* adscribitur et *curae* ²⁾; quae ratio neque sola est, neque praecipua, neque a malae fidei possessore aliena, neque illo exempta dubitationis: an ad fructus quoque quadret naturales, eosque in specie sic dictos? licet magis sit, ut dicamus, aliquam quamquam curam fructibus etiam naturalibus cogendis atque colligendis adhibendam esse ³⁾: nunc fundamentum huiusmodi perceptionis fructuum in *quasi dominio*, quo b. f. possessor, in sensu stricto acceptus ⁴⁾, gaudet, quidem ponitur ⁵⁾; sed ea, quae circumstant, habita ratione et domini veri, et quasi domini, ut ne alterutri plus iusto tribuatur, non, quantum par erat, eruta, habilibusque satis ac sufficientibus terminis euoluta, comprehensa sunt ac definita. Tantum enim abest, ut doctrina Romanorum de b. f. possessione, eiusque effectibus, secundum regulas artis concinnata ac stabilita sit, ut potius leges Romanae non multa solum, quae ad fructus, eorum perceptionem, bonam fidem, possessionemque bona fide pertinent, intacta relinquunt,

A 2

sed

sed in multis quoque, potissimum in hisce in vnum haud congruant: vtrum bonae scilicet fidei possessor, sola illico perceptione, an consumptione accedente, an demum mediante statu haud quaestioso, fructus, quos e rebus alienis percepit, suos faciat? vtrumne, quae circa perceptionem fructuum iudicium admittit singulare, eadem iudicium recipiat vniuersale; an inter vtrumque in percipiendorum fructuum fundamento, modo ac mensura intersit? Nam iure Digestorum aliud circa causam fructuum ante L. C. a. b. f. p. perceptorum, in iudicio placuit vniuersali ⁶⁾; aliud in actione singulari obtinuit ⁷⁾; iure Institutionum iudici mandatum est, vt in vtroque eadem seruet iudicio ⁸⁾: iure autem Codicis in vtramque partem cautum est ⁹⁾: vt alia taceam, quae vltius instanti ac disquirenti non possint non scrupulos iniicere.

¹⁾ Videsis, quae Africanus, Iulianus, Pomponius, Gaius, Papinianus, Ulpianus ac Paulus hisce de causis scripserunt, Imperatoresque Antonini, Senerus, Alexander, Gordianus, Diocletianus et Maximianus, tandemque Iustinianus cauerunt in l. 23. §. 1. et §. 2. l. 23. pr. l. 45. de vsur. l. 13. quib. mod. vsufr. vel vsus amitt. l. 40. l. 48. pr. §. 1. et §. 2. de acquir. rer. domin. l. 4. §. 2. fin. regund. l. 35. §. 1. l. 48. l. 65. pr. de rei vindic. l. 13. §. 7. l. 20. §. 3. et seqq. l. 25. §. 18. et f. l. 37. l. 40. §. 1. de hered. pet. l. 4. §. 5. et §. 19. de vsurpat. l. 1. §. 2. de pign. l. 48. §. 6. de furt. l. 136. de R. I. l. 178. §. 1. de V. S. §. 35. et seqq. l. de rer. diu. §. 2. l. de offic. iud. l. 1. §. 1. l. 2. C. de pet. her. l. 22. C. de rei vind. l. 8. C. de donat. int. vir. et vx. l. 1. C. de fide et iure hast. fisc. l. 2. C. si quis ignor. rem minor. esse, sine decreto comperauerit.

²⁾ §. 35. I. de R. D. cuius sanctio non ad rationem praecipuam, bonae nempe fidei possessionis causam ac virtutem, sed ad id, quod in fructibus plerumque contingit, vt sine cultura aut cura non proueniant, adcommadata est. *Vinnius* in sel. iur. quaest. l. 1. c. 25.

³⁾ Gal-

- 3) *Galvan. de usufr. c. 28. n. 10. et 14. Christian. Frid. Winter, quin potius, qui illi praesidium praestitit, Christian. Wildvogel in diss. de iure fructuum a. b. f. possessore percept. Ien. 1724. th. 15.*
- 4) Quo sensu is es b. f. p. qui ignarus alieni, quam ad se pertinere putat, rem aliquam, vniuersitatemue alterius, iusto titulo, eone, quod vice illius fungitur, possidet. §. 35. I. de R. D. l. 48. pr. §. 1. et §. 2. de A. R. D. l. 15. §. 1. et §. 2. de Publ. in rem act. l. 20. §. 12. et §. 17. l. 22. l. 25. §. 11. l. 37. D. l. 5. C. de her. pet.
- 5) l. 25. §. 1. de vsur. l. 48. pr. de A. R. D. l. 156. de R. I.
- 6) l. 15. §. 7. l. 20. §. 5. 6. et seqq. l. 25. §. 10. seqq. l. 28. l. 37. l. 40. de her. pet. l. 1. C. eod.
- 7) l. 25. §. 1. l. 28. pr. de vsur. l. 40. l. 48. pr. et §. 1. de A. R. D. l. 156. de R. I. l. 4. §. 2. lin. regund. l. 4. §. 19. de vsurp. l. 48. §. 6. de furt. §. 35. I. de R. D. l. 22. C. de R. V. l. 1. §. 1. de pignor.
- 8) §. 2. I. de offic. iud. Mentem eius *Georg. Sam. Madihn in diss. de b. f. p. a restitutione fructuum percept. immuni, Hal. 1754. rec. Goett. 1771. §. 6. explicauit hoc modo: Iustinianum h. §. iudicis officium tantum indicare voluisse, iudicique iniunxisse, ut non solum ipsius rei restitutionem possessorem iubeat, sed etiam, ut fructuum in sua sententia ferenda rationem habeat, et in hac relatione pergere, eadem interuenire in hereditatis petitione, ac in vindicatione rerum singularum.*
- 9) l. 1. l. 2. C. de pet. hered. l. 2. C. si quis ignor. rem. min. l. 1. C. de fide et iure hastae fisc. l. 22. C. de R. V.

§. 2.

Quomodo Doctores circa illas leges occupati fuerint.

Doctorum alii, dum in illas leges Romanas vacabant, miserandos in modos illis torti, sibi conciliationes earundem nullis coniecturis, diuinationibus atque interpretationibus persuaserunt; alii de concentu illarum formando desperarunt; alii, Scyllam



vitaturi, inciderunt in Charybdim; alii, quae ipsis placebant, depromserunt sibi de illis legibus, in medio relictis contrariis: alii tandem, quid praxi receptum sit, tradituri, disceptationibus forensibus finem non vsquequaque imposuerunt, cum illis non contingeret esse tam felicibus, vt de praxi sibi omnino consentirent. Praeterquam enim, quod vtraque interdum pars suam sententiam communem et dicat, et de vsu fori testetur: quidam adseuerant atque contendunt, circa fructus a. b. f. p. perceptos, in iudicio vniuersali illud ipsum iustum esse, quod circa eosdem in iudicio obtineat singulari: quae sententia, quantumuis vera sit, haud tamen facilis est explicatu, nec satis adhuc, quantum indicare possim, confirmata rationibus ab illis, qui pro ea sunt auctores. Maxima contra pars, inter actionem singularem atque vniuersalem interesse statuentes, in hac b. f. possessorem, aiunt, fructus ante L. C. perceptos, eosdemque penes eum adhuc exstantes, caeteris paribus, restituendi adstringi necessitate, deque consumtis (bona nempe fide, atque ante L. C.) hactenus, quatenus iisdem locupletior factus sit, teneri. Quod circa nonnulli, bona fide vniuersitatem aliquam possidentem, a restitutione fructuum ante L. C. naturaliter consumptorum, liberandum esse existimant. Si qua autem res singularis bona fide possideatur, dominusque, aut alius quis fortiori iure in re, quam possessor habet, gaudens, petendo vindicandoque superueniat, atque euincat; neque de fructibus pendentibus agatur, qui, ad ius commune si respicias, caeteris paribus, saluaque retentione, ius soli sequuntur, sicque ad euincentem pertinent¹); neque in causa versentur fructus post motam controuersiam percepti, utpote qui et rationibus reddendis, et restitutioni praestationiue, deductis deducendis, obnoxii sunt; neque de fructibus agatur vsucaptis²), (quos lucro b. f. possessoris cedere, Doctores non eunt quidem infi-

inficias, sed maximam partem silentio praetereunt, an fructus quoque ex vniuersitate aliena, b. f. possessa, percepti, vsucapi possint? id quod nonnulli, a principiis ac historia vsucapionis, legeque 4. §. 5. de vsurpat. aberrantes, negant) adeoque si de fructibus a. b. f. possessore singulari ante L. C. consumtis quaeratur, aut de illis agatur, qui, ante motam litem percepti, nec consumti, nec vsucapti sunt: de eis inter Doctores non conuenit. Quorum plurimi b. f. possessorem singularem, aiunt, de fructibus ante L. C. consumtis non teneri, quamuis inde factus sit locupletior: quod contra multi statuunt. Quidam huiusmodi fructus eatenus tantum a restitutione censent esse eximendos, quatenus naturaliter consumti sint, consumtos vero ciuilitate, quoad iis b. f. p. adhuc locupletior sit, esse praestandos. Quod autem ad fructus pertinet, qui, nondum vsucapti, adhuc penes b. f. p. singularem extant, eosdem tantum non omnes in restitutionem venire opinantur. Aliqui fructus eiusmodi naturales solum credunt recipere restitutionem, industriales vero cedere possessori: quidam tandem nec fructus naturales restituendos esse autumant. En historiam opinionum Doctorum de fructibus a. b. f. p. perceptis bona fide scriptam! Quibus cognoscendis, quantumuis, cancellis programmatis adstrictus, citandis auctoribus hoc loco abstinuerim, nihilo secius sudauim.

1) l. 44. de R. V. l. 25. pr. de vsur. l. 27. l. 55. l. 38. pr. l. 59. §. 1. de vsufr. et quemadm. quis utat. fruat. l. f. §. 6. quae in fraud. creditor. l. 12. §. 11. de instr. vel instrum. leg. l. 61. §. 8. de furt. l. 8. de ann. leg. l. 15. quib. mod. vsufr. amitt.

2) l. 4. §. 5. et §. 9. de vsurpat. l. 1. pr. de Public. in rem. act. a. l. 4. C. de R. V. et l. 7. C. de pet. her. l. 23. §. 1. l. 40. de A. R. D. l. vn. C. de vsucap. transform.

Quando et quousque b. f. b. fructus, quos e rebus alienis percepit, sine iniuria petitoris, qui euicit, suos pleno iure facere possit?

Faciamus nunc, praetermissis iis, quae programmatis terminos egrediuntur, periculum definiendi, quando et quousque b. f. p. isque in sensu stricto potissimum acceptus, fructus, quos e rebus percepit alienis, sine iniuria petitoris euicentis, suos pleno iure facere possit. In quo ad illud primum respiciendum esse videtur, vtrum de fructibus agatur, a. b. f. p. eatenus perceptis, quatenus rem, quam possidebat, alienam ante L. C. meliorem reddidit; cuiusmodi fructus in praemium eius industriae omnino cedunt ¹⁾; (quod caue aequae de persona m. f. p. dicas) aut ii fructus in causa versentur, quos ipse, mediante, quam adhibebat, diligentia, ita percepit, vt petitor eos nulla ex parte, aut non aequae percepturus fuisset? Quorum nomine tantum abest, vt b. f. p. teneatur, vt, praedonem si excipias, ne malae quidem fidei possessor eorum causa obligetur. Neque enim sana ratio, neque aequitas passura videtur, vt possessor haud praedonius, fructuum, qui, demto suo labore, etiamsi secuta esset rei principalis restitutio, nulli penes petitozem, vel non aequae magni futuri essent, quique nec titulo detrimenti accepti, nec obtentu lucri intercepti debentur petitori, iacturae subiiciatur. Quas rationes ius nostrum civile, inuita Themide, deseruit ²⁾. Deinde attendendum est, num possessor iure, quo refert antecessorem suum, in eius vitia successerit? Quod in primis contingit circa illum heredem, qui, quod ad eum pertinet, bona quidem fide possidet, sed, successione m. f. p. facta, fictionis vi alicuius iuris, m. f. p. loco habetur ³⁾, ideoque,

super-

superueniente iusto petitore, atque euiciente ⁴), quaestum e rebus, quas possidet, alienis consequi nequit; nisi si, vt diximus, quid speciale, exceptionem a regula faciendam esse, suadeat. Tum, siue possessor sua ex persona, siue ex antecessoris sui iure diiudicetur, fructus, qui tempore euictionis solo adhuc cohaerent, iure communi, deductis deducendis, ius soli sequuntur, (§. 2.) atque adeo, vi accessionis, petitori euicenti eatenus tribuendi sunt, quatenus possessori praesto non sit retentio, ipsi, vsque dum, impensarum nomine, indemnisi seruetur, competens. Tum refert, vtrum fructus percepti sint ante motam controuersiam; (quae vel ab extraiudiciali denunciatione ⁵), interpellationeue ⁶), rite nempe facta ⁷), initium verius capere potest) an post motam demum percepti controuersiam? Hi, secuta euictione, rationibus, eorum causa reddendis, obnoxii sunt, deductisque deducendis, in restitutionem praestationemve ideo veniunt ⁸); quod possessor, nexu euictionis adstrictus, iure lucri ex eo ipso, quod in quaestione liteque esse coeperit, rem si regula metiamur, faciendi destituitur ⁹); etiamsi sine dolo malo ad iudicium prouocauerit ¹⁰), aut, parato eo iudicium accipere, ab aduersario cessatum fuerit ¹¹): quibus visionibus circa ea, quae ipsis respondent, mora quidem possessoris, caeteris paribus, potest declinari aut purgari, non vero alioquin quiddam de statu motae controuersiae derogatur. Proposita nobis ratio postulat, vt nunc de fructibus percipiendis dicamus. Quorum nomine b. f. p. quoad bona ipsius fides duret, nec heres is sit m. f. possessoris, non tenetur ¹²): quippe in iis negligendis non potest minus videri suo iure vsus ¹³), quam dilapidando, perdendoue alieno, dum re sua se abuti putet: cuius, eiusque, quod lautius, contemplatione hereditatis a se b. f. possessae alienae, de ea impendit, resarciendi obligatione

B

non

non adstringitur ¹⁴). Nullus enim videtur dolo facere, qui iure suo vitur ¹⁵); nec praedo is est, qui dolo caret, quamuis in iure erret ¹⁶). Quibus illud firmamenti accedit, quod b. f. possessionis rationes non sinant possessori per illam ipsam possessionem detrimentum aliquod importari ¹⁷): de quo vitando certaturus, veniam erroris, ignorantiae a culpa lata alienae omnino meretur ¹⁸). Quodsi vero de fructibus ante motam controuersiam perceptis quaeratur; neque possessor in locum m. f. possessoris successerit, ipseue malam fidem contraxerit: tum considerandum est, vtrum fructus a. b. f. possessore percepti, iuri vsucapiendi subiecti ¹⁹), vsucaptique sint; (§. 2.) nec ne? Sin illud vtraque ex parte ita contigerit, vt, cui auxilio restitutionis in integrum subueniendum sit, persona, velut minor ²⁰), causae probabilis rescissionis vsucapionis desit: lucro possessoris fructus, quos vsucepit, sunt adscribendi ²¹). Deficiente contra vsucapione fructuum: interest, vtrum bona fide (nam vel dolus praeteritus venit in actionem, quando possessor ante L. C. dolo desiit possidere: ²²) consumti sint, siue naturaliter, i. e. corporibus eorum non amplius extantibus ²³), siue ciuilitate, hoc est, secuta eorum alienatione perfecta: an nondum consumti adhuc extent? Facta, re integra ²⁴), fructuum, de quibus loquimur, consumptione: de iisdem non laborandum esse existimo ²⁵), cum b. f. p. vice domini, (§. 1.) eiusue, qui simili iure gaudet, fungatur, idque quasi domini, intra debitum tempus haud superueniente iusto petitore, sine effectu esse nequeat; quique factus ita, vt dictum est, consumebantur, ii aut in rerum natura, formam si spectes, esse desierunt, aut aequae, ac si dominus eos alienasset, considerari debeant: quippe b. f. p. qui huiusmodi fructus alienabat, ideo exemptus est eorum exactione, quod petitoris proprie nunquam fue-

fuert 26), aut si, quod non est admittendum, contra statuas, quod vice eorum fungatur, id refera non adest propter deficientem rationem adcommodandi fructus ad qualitatem rerum principalium succedaneam 27); neque aduersus eum, cui huius generis fructus alienati sunt, vlla prodita est actio petitori 28): isto, licet auctor eius possessor vniuersitatis alienae fuerit, hac de causa extra periculum euictionis subeundae posito, ne regressui ad b. f. possessorem locus detur 29). Accedit et hoc rationis, quod vis consumptionis legitima vsucapionis potestatem referrat 30). Sequitur, vt videamus, quid statuendum esse videatur de fructibus, qui, neque vsucapti, neque consumpti, adhuc extant penes b. f. possessorem, eum scilicet, cui non aduersatur m. f. defuncti alicuius, in cuius locum successit? Quos circa ad illud primum respiciendum esse censeo, vtrum b. f. p. habita ratione eius, quod rei possessae fructuumque causa impendit, nec non eius, quod, contemplatione rerum ab eodem b. f. possessorum, de suo, lautius quidem, non tamen (quod ad hoc caput pertinet) prodige viuendo, erogauit 31), itemque causae, ex qua possidet, onerosae, dum petitor titulo nitatur lucratiuo, fructibus perceptis locupletior factus sit, atque adhuc, suffragium b. f. capiens, existat; nec ne? Hoc casu b. f. p. de fructibus e rebus alienis, siue singularibus, siue vniuersalibus, perceptis teneri, neque aequitas, neque ius nostrum 32) patitur. Quodsi contra, superueniente petitore, reque ad euictionem spectante, b. f. p. fructuum causa, aliquo modo, praemio industriae haud omnino adfecto, neque prouerbio: minima non curat Praetor, subiecto, de lucro captando certet: tum distinguendum esse videtur, vtrum petitor, intuitu eius maxime, quod ad causam onerosam, ex qua petit, pertinet, de damno vitando certet; an quaestu quoque et lucro ducatur? Illo casu

et naturalis ratio, et ciuilis ³³) suggerit, potiorem causam esse debere petitoris. Vtroque autem de lucro, siue quaerendo, siue retinendo, laborante: interesse videtur, vtrum iusta aliqua adsit causa, quam propter fructus, quos b. f. p. percepit, ab eodem possint auocari; an minus? Et toties intra modum, quo b. f. p. qua talis, locuples existit ³⁴), fructuum is restitutioni, praestationiue, adstringendus esse videtur, quoties indebitum ab eodem conditione iuste repetitur ³⁵), aut possessor circa titulum, ex quo possidet, in iure errauit, isque titulus, quem esse existimabat, simul prorsus habeatur inutilis ac reprobetur ³⁶); (alioquin enim ad vsucapionem proficeret: ³⁷) aut titulus, quem habet, reuocationi sit subiectus, ignaroque eo sine culpa lata ³⁸), reuocatus; veluti si possessor ex testamento, nouissima testatoris voluntate, quae illum latebat, rupto, adierit hereditatem; nisi si reuocationis lex talis sit, vt fructus a. b. f. p. interim percepti, eius lucro cedant; veluti fundo postliminio ³⁹), agro-ue deserto intra biennium a vetere domino reuocato ⁴⁰); aut noua atque inopinata causa possessionem auferat; cuius generis exemplum est natus posthumus, quem heres in vtero fuisse ignorabat ⁴¹), reuersusue filius, quem pater obuisse falso praesumserat ⁴²); aut possessor probabili quidem, quae eum a mala fide liberaret, sed non acquirendis fructibus sufficeret, de causa, se ipsum deceperit; veluti si, iusta causa erroris persuasione alterius destitutus, (quam si haberet, magis esset, vt vsucapio sequeretur: ⁴³) putauerit, se rem nullius, derelictamue, quae talis non est, occupasse, aut suo ab auctore iusto accepisse titulo, cui, cum reuera non interueniret, non subest causa ⁴⁴); veluti si auctor id egerit, vt curam rei possessori demandaret, is contra, errore seductus probabili, se titulo donationis inter viuos accepisse, putaret: aut denique petitor is sit, qui contra
per-

perceptionem fructuum, quae b. f. possessioni inerat, in integrum restitui possit, ac restituatur. Quorum omnium, similiumve, si nihil interueniat, neque adeo causa perceptionis fructuum ad infirmationem rescissionemue inclinet: verius esse videtur, vt statuamus, fructus a. b. f. p. siue singulari, siue vniuersali, perceptos, quantumuis penes eum extent, eius esse pleno iure ⁴⁵). Nam petitor aut negligens fuit in petendo; et sibi, suae negligentiae expensum laturus, imputet, quod non citius petierit ⁴⁶), caueatque, ne b. f. possessori iniquam inferat conditionem ⁴⁷); aut negligentiam petendi non contraxit, neque praeterea possessor, rem possidendo alienam, culpa se reum fecit: tumque in hac quaestione de lucro duorum, petitoris partes duriores, possessoris meliores habeantur ⁴⁸), legeque domini ad casum quasi fortuitum, quo fructuum, qui petitoris nunquam fuerunt, perceptio in b. f. possessorem medio tempore, i. e. antequam petitor superueniret, deriuata est, ferendum is adstringatur, bonaeque fidei possessionis et probabilis erroris rationibus ⁴⁹) postponatur. Restat, vt dicamus, an is b. f. p. qui fructuum perceptorum nomine obligatur, fructuum quoque fructus, fructuumue vsuras praestare sit compellendus? Et, siquidem non de bona fide, adminiculo destituta, aut de lucro post motam demum controuersiam et quaesito, et facto, aut de mora restituendi contracta agatur, verius esse videtur, vt illae causae non debeantur ⁵⁰). Tum enim aequum est, eiusmodi quaestus in praemium laboris atque industriae b. f. p. cedere; neque damno petitoris iis locupletior factus dici potest. Quae, vt dixi, ita, suadente aequitate, locum habere debere videntur. Causa enim b. f. possessionis, indeque pendens fructuum perceptio, ad aequitatem spectat naturalem ⁵¹), non ad ius strictum; adeoque, si quo errore in exprimenda aequitate lapsi sunt

legum scriptores, (et certum est, eos in ea exprimenda lapsos esse) iure ille ipse error non debet obtinere ¹²).

- 1) *Brunnem.* ad l. 31. de R. V. n. 5. seqq. Dissentit *Wissenh.* in Exerc. ad D. Disp. 18. ad l. 41. de A. R. D. §. 52. fructus, putans, ex melioratione perceptos, eosdemque extantes, restituendos esse.
- 2) l. 27. in f. l. 52. et l. 56. de hered. petit.
- 3) l. 4. §. 15. de vsurp. l. 11. de diu. temp. praescr. l. 42. de R. V. l. 24. de V. S. l. 59. de R. I. l. 11. C. de adquir. possess. l. f. C. commun. de vsucap. l. 2. C. de fruct. et lit. exp. Nou. 48. in praef. Cuiusmodi tamen successio intelligitur pro partibus hereditariis, *Brunnem.* ad l. 14. C. de R. V. n. 2. atque hactenus, quatenus vires hereditariae sufficiant. *Vocr.* ad Tit. D. de obl. et act. §. 15.
- 4) l. 35. §. 1. de R. V. l. 21. l. f. C. eod. l. 25. §. 2. de vsur.
- 5) l. 20. §. 6. et §. 11. l. 25. §. 7. de her. pet.
- 6) l. d. 25. d. §. l. 32. de vsur. ad eamque *Brunnem.* n. 1. et 2.
- 7) i. e. opportuno facta loco et tempore. l. d. 32. atque ad eam *Brunnem.* n. 1.
- 8) l. 2. de vsur. l. 20. §. 11. l. 25. §. 7. l. 40. pr. l. 56. de her. pet. l. 33. pr. de reb. cred. l. 17. §. 1. l. 35. §. 1. l. 45. de R. V. l. 17. l. 22. C. eod. §. 2. l. de offic. iud. l. 2. C. de fruct. et lit. exp. *Vinnius* ad §. 35. l. de R. D. n. 11. *Systema D. Menckenio-Schoett.* Tit. de R. V. §. 9. *Strub. Rechtl. Bed. 5. Th. 58. B. Madibn* in d. d. §. 4. Maxima pars Doctorum placitorum tenaces Romanorum, L. C. possessorem de percipiendis quoque fructibus teneri contendunt. *Carpz.* P. 3. C. 52. n. 10 seqq. *Brunnem.* ad l. 25. de her. pet. n. 12. *Strun.* Ex. 11. th. 24. ad eamque *Müller* n. 7). *Hellfeld* in D. §. 59. *To. H. Berger* in d. de fructib. ac impensis quoad bonae in alaeque fidei possessor. Vitemb. 1695. (in eius diss. sel. Lips. 1707. D. 31.) c. 1. §. 7. ait: L. C. reuera non esse malam fidem, neque necessario concludi: controuersiam alicui de aliqua re motam esse; ergo m. f. possidere. Fictam enim esse hanc malam fidem, et tantum conditionalem, donec sententia condemnatoria fuerit lata, vt inde de re aliena certo con-

constet: hocque casu m. f. ad tempus L. C. retrahendam esse. *Leyer* sp. 99. m. 6. b. f. possessorem, ait, ob solam L. C. neque ad fructus perceptos, neque ad percipiendos condemnandum esse; idemque sp. 450. m. 3. a iure, quod b. f. possessori, suae defensionis suscipiendae causa, competit, ad ius consumendi fructus male concludens, sola L. C. causam negat fructus percipiendi mutari: sed, sibi ipse haud omnino consentiens, sp. 249. m. 2. b. f. possessorem, ait, de fructibus, tempore L. C. adhuc extantibus, tempore vero rei iudicatae iam consumtis, teneri.

- 9) l. 2. de vsur. l. 17. §. 1. l. 35. §. 1. de R. V. l. 10. C. de praeser. longi temp. *Vinnius* in sel. iur. quaest. l. 1. c. 26.
- 10) l. 24. pr. de vsur. l. 63. de R. I.
- 11) l. 47. de vsur.
- 12) a. l. 15. de cond. indeb.
- 13) l. 55. de R. I. l. 26. de damno inf. l. 1. §. 12. de aqua, et aq. pluvi. arc. l. 3. §. 7. de incend. l. 9. §. 1. de cond. caus. dat. l. 51. pr. pro soc.
- 14) l. 25. pr. l. 25. §. 11. et §. 16. de her. pet. l. 28. pr. et §. 3. D. et l. 8. C. de don. int. vir. et vx.
- 15) LL. n. 13. all.
- 16) l. 25. §. 6. de her. pet.
- 17) l. d. 25. §. 11. l. 3. de cond. indeb.
- 18) l. 7. l. 8. de iur. et facti ignor. l. 25. §. 6. a. l. 40. pr. de her. pet. l. 42. de R. I. et l. 2. C. de fructib. et lit. exp. Obst. §. 2. l. de offic. iud.
- 19) Cane existimes, vsucapionis fructuum conditionem adstrictam esse facultate vsucapiendi rem principalem. l. 4. §. 19. de vsurp. l. 48. §. 5. de furt. l. 3. C. de vsuc. pro emt.
- 20) l. 7. §. 6. l. 44. de minor. XXV. ann.
- 21) a. l. 4. C. de vsur. et l. 1. C. de vsuc. pro don.

- 22) l. 27. §. 3. de R. V.
- 23) *Wernb.* P. 1. O. 18. n. 8. Meminisse tamen oportet, in actionibus personalibus consumptos non videri fructus, quorum pretium adhuc extat. l. 24. §. 4. de min. l. 22. in f. de neg. gest. l. 3. pro emt. l. 28. de donat. int. vir. et vx. *Wernb.* d. l. n. 7.
- 24) Nam fructus quoque tempore L. C. penes possessorem adhuc extantes, tempore vero rei iudicatae consumti, extantium loco fructuum habentur; *Leyser* sp. 249. m. 2. quoad nempe possessor iisdem de fructibus teneatur.
- 25) a. l. 1. §. 2. de pignor. l. 22. C. de R. V. §. 2. I. de offic. iud.
- 26) l. 1. §. 1. de pign. *Vinnius* in sel. iur. quaest. l. 1. c. 26.
- 27) Qualitas enim succedanea, quam vniuersitas rerum (non omnino tamen exclusis rebus singularibus) ita, caeteris paribus, recipit, vt res in locum rei, pretiumque in locum rei succedat, ad corpora de vniuersitate in pecuniam aliasue res conuersa pertinet. l. 19. §. 5. l. 22. de her. pet. l. 18. quod met. causa gest. er. l. 71. de leg. 2. l. 23. de adim. leg. Quis vero fructus, qui defuncti non fuerunt, rerum corporumque hereditariorum nomine venire, iuste existimet? l. 25. §. 4. quae in fraud. credit. l. 10. §. f. de vsurp. *Leyser* sp. 99. m. 4.
- 28) *Donellus* l. 4. Comment. c. 25. lit. D. et c. 26. lit. B.
- 29) l. 25. §. 17. de her. pet.
- 30) l. 4. §. 19. de vsuc. *Vinnius* in sel. iur. quaest. l. 1. c. 26.
- 31) l. 25. §. 16. de her. pet. ad eamque *Brunnem.* n. 19.
- 32) l. 20. §. 6. l. 22. l. 23. l. 25. §. 11. §. 15. et §. 16. l. 40. §. 1. D. l. 1. §. 1. C. de her. pet. l. 3. l. 15. pr. l. 26. §. 12. l. 65. §. pen. l. 66. de cond. indeb. l. 8. C. de donat. inter vir. et vx. l. 20. C. de iure dot.
- 33) l. 34. de minor. XXV. ann. l. f. ex quib. caus. mai. XXV. ann. in integr. restit. l. 38. D. a. l. 2. C. de her. pet. l. 33. l. 206. de R. L.

- 34) l. 3. de cond. indeb. l. 20. §. 6. l. 22. de her. pet. l. 1. §. 1. C. eod.
- 35) l. 1. l. 2. l. 3. l. 15. l. 19. §. 1. seqq. l. 26. §. 12. l. 65. §. 5. de cond. indeb. *Io. Nic. Moeckert* in d. de b. f. p. singulari a restitutione fructuum non semper immuni, Ien. 1763. §. 19. An vero, quod ad vsuras pertinet, aliud statuamus? Maximae quidem parti Doctorum vi legis l. C. de condict. indeb. circa vsuras aliud placet; sed haec lex aut accipienda est de casu, quo b. f. qui accipiebat in debitum, inde nihil ipse vsurarum percepit, aut evidentibus rationibus l. 15. pr. D. eod. et l. 34. de vsur. cedere debet.
- 36) a. l. 1. C. de fide et iure hastae fisc. l. 1. C. de vsuc. pro emt. l. 2. l. 5. l. f. C. eod. l. 2. C. de vsuc. pro don. l. 1. C. de vsuc. pro her. l. 2. §. 15. D. pro emt. l. 1. pro her. l. 24. pr. de vsurp. l. 31. pr. l. 32. §. 1. eod. l. 13. §. f. de Publ. in rem act. l. 4. C. qui bon. ced. poss. l. f. C. de vend. reb. ciuit. l. 7. C. de agric.
- 37) l. f. pro leg. l. f. §. 1. pro suo. l. 2. §. 15. l. 11. pro emt.
- 38) l. 22. §. 3. ad SC. Treb. l. 1. §. 1. si mens. fals. mod. dix. l. 11. de incend. l. 1. §. 2. si is, qui testam. l. 32. depos. l. 1. §. 2. de aedil. edicto.
- 39) *Leyser* sp. 659. Cor. 1.
- 40) l. 8. C. de omni agro deserto. Cuius adplicationem ad statum rerum hodiernum quidam imperium cum dominio confundentes negant.
- 41) l. 3. de cond. indeb.
- 42) l. d. 3.
- 43) l. 13. §. f. de Publ. in rem act. l. 11. pro emt. l. f. §. 1. pro suo.
- 44) l. 2. pr. pro emt. l. 2. l. 3. pro leg. l. 1. §. f. pro dote. l. 1. pr. pro don. l. 27. de vsurp. l. f. C. de vsuc. pro her.

- 45) a. l. 1. §. 2. de pign. et l. 2. C. si quis ignor. rem minor.
- 46) a. l. 22. §. 2. ad SC. Treb. l. 24. quae in fraud. cred. l. 155. l. 203. de R. I.
- 47) l. 74. de R. I.
- 48) l. 55. l. 126. §. 2. eod.
- 49) a. l. f. §. 1. pro suo. l. 4. pro derel. l. 5. l. 6. pro leg. l. 13. §. 1. de usurp. l. 2. C. si quis ignor. rem minor.
- 50) *Wissenb.* in Ex. ad D. Disp. 17. ad l. 5. T. 3. §. 20. et Disp. 18. ad l. 41. de A. R. D. distinguit, utrum fructus petantur officio iudicis, an iure actionis. Officio iudicis, cum post L. C. percepti sint, quorum, qua accessionum, ait, non praestari usuras; contraque esse statuit, quando iure actionis petantur, h. e. ante L. C. sint percepti: tum enim praestandas esse, inquit, in actione b. f. usuras, hac de causa, quod pars sint rei principalis in iudicium deductae.
- 51) §. 35. l. de R. D. l. 48. de R. V. a. l. 36. §. f. l. 37. de her. pet. pet. l. 7. §. 1. sol. matrim.
- 52) a. l. 39. de leg.

§. 4.

Quid I. F. L. nec non secundum id, quod vice illius communi, quod ad res pertinet in quaestionem hoc loco vocandas, in Germania fungi queat, iustum sit circa fructus feudales ultimi anni, feudo, defuncto Vasallo, ad Dominum directum reuersuro, aut ad nouum, qui defuncto non futurus est heres, abituro possessorem.

I. F. L. quaestio proposita definita est hoc pacto: Si Vasallus decedat sine herede masculino, et contingat feudum ad Dominum

num reuerti, sic distinguitur: quodsi ante Martium, omnes fructus illius anni ex feudo provenientes, ad Dominum pertinebunt. Si vero post Calendas Martii usque ad Augustum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes Vasalli pertineant. Si vero post Augustum, omnes fructus anni percipiet Dominus. Quidam tamen dicant, quocumque tempore anni decedat, omnes fructus ad Dominum pertinere ¹). Quod iuris suos quasi natales iuri Saxonico debet, quia Longobardi e terris Saxonis vel Saxoniae vicinis olim profecti in Italiam migrarunt ²); demonstratque magnam partem rationem culturae: quippe, climatis Italici habita ratione, Calendis Martiis vltima iam plerumque coepit cultura; id quod de solo moreque Romano traditum quoque accepimus ³). Cum vero textus ille iuris feudalis angustior sit, quam vt praecipuae rationi, culturae nempe, qua licet peracta, fructuum quorundam genera post mensem demum Augustum percipi possunt, omnino conueniat, ac, si verba, quibus scriptor vsus est, solum perspicias, terminos, quos intra mors Vasalli contingat, duos tantum contineat, praetereaue fructuum, qui naturales in specie dicuntur, aut ciuiles sunt, causa, merum prodat arbitrium: non est, quod mireris, Doctores circa fructus vltimi anni feudales variis iterum duci opinionibus; aliis ius illud feudale agnoscentibus, partimque etiam ad fructus, post mensem Augustum maturescentes, proferentibus; aliis ius, quo vtimur in negotiis ciuilibus, commune, (quantumuis multis prematur dubiis,) sequendum esse putantibus; aliis ius Saxonicum eligentibus; aliis fructuum huius generis feudalium diuisionem exemplo dotis faciendam esse existimantibus; aliis vsusfructus rationem causae huic feudali immiscentibus; aliis tandem inter fructus distinguentibus, proque varietate eorum statuentibus specierum. Quae dubia ex eo potissime incrementum capiunt,

155.

§. r.

r. 8.
indi-
sint,
esse
epi:
c de

pet.

uni,
unia
udo,
dVa-
mi-
um

quod clima solumque Germaniae, si non maximam, magnam saltem partem, a climate soloque Italico, et quod concernit agrorum tempus colendorum, et fructus percipiendi terminos, differat. Cuius differentiae rationem si habeas, non possis non perspicere, illam dispositionem I. F. L. in commune apud nos prodesset nequire: quam nihilosecius tamen nonnulli, vi receptionis I. F. L. tam diu obtinere debere tradunt, donec aliud iure particulari statutum esse adpareat. Quid in hac igitur causa feudali accipiendum esse videatur, nunc, saluo aliorum iudicio, salisque legibus particularibus, et moribus, pauculis proponamus. Primo omnium loco distinguendum esse videtur, vtrum fructus feudalis ad personam Domini directi aut utilis feudi adstrictus sit; cuiusmodi et fructus extra aestimationem positus dicendus est; nec horum fructuum aliquid heredes defuncti Vassalli sequi potest: an contra circa fructum feudi deprehendatur? Hoc casu illic gentium, vbi ius seminis et culturae receptum est, fructus feudales, iidemque industriales, eodem iure, quo fructus quoque allodiales in praemium culturae cedunt, regendos esse existimamus; nulla ceteroquin ratione terminorum I. F. L. qua talium, habenda. Ibi vero, vbi ius seminis et culturae neque est receptum, neque, vt in causa fructuum sponte sua, aut non ex ipsis rebus principalibus prouenientium, ratio culturae commode omnino haberi possit, fructuum feudaliu distributionem faciendam esse putamus exemplo fructuum dotis, quae ipsa, in fundo aliquo constituta, plerumque in dominio mariti vtili est, propius adeoque causam feudi contingit, quam vsusfructus, a quo magna nihilominus pars Doctorum, interque eos haud obscura nomina, argumenta petunt, atque adcommodant ad feudi fructus, in primis ciuiles, vltimi anni; obliti illi quidem, I. F. L. sine vlla admistione causae

vsus-

vsusfructus, de omnibus fructibus nouissimi anni e feudo proventuris, simpliciter cauisse. Quod reliquum est, nostrae sententiae non impedimento illud est, quod fructus quidam ciuiles, ique feudales, non commode interdum ab alio, quam ipso successore feudali queant percipi: quippe, dum aestimationem recipiant, eiusdem praestatione percepti possunt intelligi.

- 1) II. F. 28. §. His consequenter dicit.
- 2) *Io. P. Thiele*, quin, qui ei praesidium praestitit, *Henr. Cocceius* in diss. de iure seminis, Francof. ad Viadr. 1695. ibique pluries rec. Sect. 6. §. 1.
- 3) *Virgil. I. Georg.* v. 43 seqq. et v. 64. *Plinius* in H. N. l. 18. c. 26. et 27. *Coccei*. in d. d. Sect. 6. §. 4.

§. 5.

Coronis opusculo imponitur.

Nunc meum est, DVVMVIRIS, quos Europa colit, laudibus proinde meis longe maioribus, EMINENTISSIMO nempe ac CELSISSIMO PRINCIPI, *FRIDERICO CAROLO IOSEPHO*, S. Sedis Moguntinae Archiepiscopo, S. R. Imperii per Germaniam Archicancellario, Principi Electori, et Principi ac Episcopo Wormatiensi, rel. nec non, qui proxime EVM contingit, REVERENDISSIMO atque ILLUSTRISSIMO ARCHIEPISCOPO TARENSEI et COADIUTORI MOGUNTINO, *CAROLO THEODORO ANTONIO MARIAE*, L. B. de *DALBERG*, rel. *Dominis* nostris *clementissimis* atque *indulgentissimis*, gratias, quas humillime possim maximas, agere. Contigit enim mihi esse tam felici, vt,

C 5

pro

pro **ILLORVM**, quae summa est, clementia, humanitate ac beneuolentia, conspicua beneficia, quorum numerum inunus Professoris ordinarii iuris feudalis, clementissime mihi demandatum, auxit, in me quoque collocarent. Quibus deuinctus ornamentis, **TANTIS**, quae summa veneror obseruantia, **NOMINIBVS** perpetuum animi debitorem me profiteor, piaque thura cordis dando, pro incolumitate **HORVM** optimorum **PATRV** **PATRIAE** summum rerum **ARBITRV** enixissime precor, vt **EOS** beet diebus laetissimis, notandisque candidissimo calculo, pretiisque mactet dulcissimis et studiorum mollium, et curarum vigilatorumque pro Germaniae patriaeque salute ac fortuna secunda laborum, **EOS** ad **SVAS** laetos sedes ac victores reducat, **IPSI** **SQVE** reddi iubeat gratae debitum vrbis, quae nunc hostibus premitur in libertatis vana specie delirantibus, et quibusdam, qui religionem officii abiecerunt, contaminatur ingratis, diutissime honorem. Tandem **VOS**, commilitones suauissimi, ea, qua par est, humanitate, ad audiendas, quas indicaturus sum, inuito lectiones. Dabam Erfordiae VI. Cal. Febr. MDCCXCIII.



ac
nus
an-
ctus
tia,
ia-
um
eni-
que
um
que
des
um
de-
on-
DS,
adi-
for-

Errata.

P. 8. Summar. §. 3. detrahas sign. interrog. et p. 11. lin. sec. loco *refera*
legas reuera.





VD 10

ULB Halle
005 364 396

3







GRAMMA
 DE
 1793, 1.
 EVICTIONIS
 PETITOREM
 ET
 SSESOREM, FRUCTVVM
 CEPTORVM CAUSA,
 TITVENDIS;
 NEC NON
 DORVM FRUCTVVM VLTIMI
 FEVDALIVM.
 VCTORE
 NO GUIL. WEHRN,
 ANTEC.

 FORDIAE,
 T. GOERLING, ACAD. TYPOGR.
 MDCCXCIII.

10

2
1793, 1

